

**145\*** Pisauenses vel certe Pisauro Ferrariam translati tituli inter Ferrarienses innotuerunt hi:

1. *C. Valio Polycarpo* Grut. 481, 9. Pisauri collocant Ferrarius et Redianus, ibidem in domo Pandulfi Collenucii Iucundus et Sanutus; Ferrariae Alciatus, ibidem in aedibus Girardini Sardus et Ligorius, qui ait eruderatam ibi prope ad S. Stephani. Nunc ibi in museo.
2. *T. Anchario T. f. Pal. Prisco* Orell. 2545. Pisauri in aedibus Pandulfi Collenucii collocant Iucundus Alciatus Sanutus, Ferrariae (domo non enuntiata) Ligorius ms. Taur. 8 et 19 et in epistula ad Ursinum 22 Jun. 1577 (cod. Vat. 4105 f. 57); ab ed. abest neque norunt eam auctores Ferrarienses.
3. *D. M. Petronii Antigenidis* Grut. 950, 7. Pisauri in aedibus Pandulfi Collenucii antiquiores. Auctores Ferrarienses ignorant; sed a. 1827 pars tituli Ferrariae eruderata est (cf. *Bullett. dell' Inst.* 1831, 49).
4. *D. M. Sex. Gegani Sex. fil. Pal. Festi* Grut. 685, 7 Pisauri in domo Collenucii collocant Iucundus Alciatus Sanutus. Deinde Ferrariae fuerit necesse est; nam inde translata esse Mantuam tropaei loco testatur adscriptio in latere adiecta: *questa preda si e del ducha de Ferrara*. Mantuae viderunt Ligorius et posteriores. A. 1774 Mantua rediit Ferrariam in museum universitatis.
5. *T. L. Biliorum T. f. Humata est Rutilia P. f. Prim. uxor Titi. In fr. p. XX, in agr. p. . . .* Iucund. Ver. f. 105. Pisauri in domo Collenucciana collocant Iucundus et Sanutus; Ferrariae vidit Ligorius (Gud. 311, 1). Hodie extat pars prior Ferrariae in museo.

**146\*** His fortasse addendus titulus, qui quo pertineat difficulter explicabitur, *M. Naevii M. f. Gal. Restituti* cum adiuncto *Venuleiae Pelagiae* (Orelli 4084). Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 23 hunc proponit sub titulo *trovato nella chiesa di S. Giorgio, portato nel castello della città*. Similiter Grut. 1031, 5 ex Velseri schedis aliique Ligoriorum expilatores. Praeterea etiam Victorius affert in cod. Monac. 743 f. 43; ex Victorio, ut ipse ait, Borghinius ms. p. 80; ex Borghinio Gorius inscr. Etr. 2, 25. Ex his Victorius de loco tacet, Borghinius collocat Pisis, memoranturque vere in titulo *fabr. naval. Pis. et fabr. tig. Pis.* et tribus Galeria est Pisanorum. Videndum tamen, num titulus sit non Pisanus, sed Pisaurensis indeque translatus Ferrariam, ad quam certe origine nequaquam pertinet.

**151\*** Ferrariae.

d. m. | m. phillio m. f. rom. sabino | ueterano leg. iii italicae | uixit ann. lxii men. viiii d. viii | q. phillius m. f. m. n. rom. princeps | eq. r. et phillia ueneria prima | parentes fecerunt | in fr. p. xuiis in agr. p. uiis

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 30. Inde Baruffaldi mon. f. 36 ex Ligorio; Mur. 842, 3 ex hist. Ferr.

V

**147\*** Denique similis ratio est tituli *T. Vibii* (al. *Tullii*) *Zotici VI viri Augustalis*, qui dedicat Liberum patrem cum redimiculo et thyrsos et cantharo (Grut. 67, 2). Ligorius hunc ponit in additamentis ms. Taur. vol. 8 addens *trovata a' di nostri in Ferrara nell' orto di S. Maria de' Padri Servi* pendetque inde per Ursiniana Grut. l. c. Contra eundem titulum sibi vindicant auctores Ariminenses, inter quos Villanius (apud Toninium *Rimini* 1, 331) eum dicit repertum ad ecclesiam S. Columbae antiquam cathedralem. Utrum testimonium aetate vincat, nescio; sed cum Ligorio non temere credendum sit, titulum exclusi.

**148\*** inter Ferrarienses.

S · I · M  
TI · CLAVDIVS · TI · F · ROM  
PANSIENVS · VI · VIR  
AVGVSTAL · V · S

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 33, a quo pendet reliqui: schedae Barberinae nunc Vaticanae n. 769 (inde Fabrett. 410, 348 ex schedis Barberinis); Mur. 196, 5 ex historia Ferrariensi; Scalabrini inscr. n. 83 ex Fabrettio; *Devit lap. del Polesine* p. 113 ex historia ms. Ferrariae servata Rovigi in bibliotheca Silvestriana.

Haec nata est ex figlinis Pansianis apud Sardiis sic relatis TI-PANSIENVS-AVG.

**149\*** prope Ferrariam ad Padum fluvium in un serraglio.

dIs manibus | m. fidiemo m. f. uet. | ueridiano | trib. militum leg. | i mineruae uixit | ann. lxiix | fidiema primigenia ux. s. | poni curauit

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 36. Inde Fabrettus 622, 190; Baruffaldi mon. f. 30; Frizzi 1, 239.

**150\*** Ferrariae.

q. phillio m. f. rom. | afro mil. coh. | viii urb. militauit | ann. xiii uixit | ann. xlu | p. phillius aemilianus q. cohorte x praetoriae | fil. incop. b. m. p.

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 31. Inde Fabrett. 129, 57 ex schedis Barberinis.

**152\*** Ferrariae.

m. stladius m. f. uet. | priscillus | uet. ex coh. vi | urb. praef. fab. | q. stladius m. f. uetur. | tatianus trib. | mil. leg. iiii fret. | u. f. | cum stlacia iantulla | matr. eor | in fr. ped. xiiii in agr. p. xuii

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 40.

**153\*** *Puccino nel Ferrarese, portata da Este.*

dIs manibus sacrum | t. prassio t. f. cluen. | uariano puccin. | praefecto praetorio | aureliano q. coh. | prat. ann. x q. coh. viii | urb. ann. iii praef. fabr. | leg. iii italicae uix. ann. | lxxxu men. iiii d. vi h. u. | sex. prassius t. f. pacullus eran. leg. iii italic. | et uicarius praef. praet. | ex test. fac. cur. | h. m. | in fron. pedes xxxui | in lat. ped. xxxuiii

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 37. Inde Fabrett. 181, 378 ex schedis Barberinis.

**154\*** *all' Ostelata* LIGORIUS. Nunc in eius villae ecclesia ad dexteram arae maioris MALVASIA. Ostellati in fronte ecclesiae BARUFF.; 'nunc Ravennae in aedibus illorum de Danesiis' IDEM postea. Extare negant SANCASSANIUS in epistula scr. a. 1701 (apud Coletum *chiesa di S. Pietro in Sylva* p. 128) et FRIZZI.

D · M  
C L A V D I A E  
D I C A E O S Y N A E  
T I · C L A V D I V S  
5 N A R C I S S Y S  
L I B · A E I D · C O I V  
P I E N T I S S I M A E  
E T · F R V G A L I S S I  
B · M

Ligorius ms. Taur. 8 (inde Gud. 269, 9) et Ferr. p. 48, a quo videntur pendere reliqui omnes: Malvasia Ael. Laelia (1683) p. 183 ex Philippi Rhodii annal. Ferrar. ms.; Bonaveri p. 113; Ferri Comacchio p. 32; Baruffaldi apud Mur. 1325, 5 et monum. f. 5' ex Ligorio; Frizzi 1, 233 a prioribus, in his Anonymo a. 1626; Orelli 720.

Testimonia auctorum aut incertorum (ut sunt Anonymus a. 1626 et Rhodius Malvasiae) aut fraudulentorum de loco cum parum defendant titulum, eum exclusi, quamquam fieri potest, ut sit genuinus nec multum corruptus. — 8 FVGA-LISSI ms. Taur., FRVGLISSIMA ed.

**155\*** Ferrariae LIGORIUS. In palatio ducis Schivanogliae in quodam curtali apud S. Vitum pro suppedaneo ad puteum BARUFF.

A V R E L I O · V I C T O R I  
V E T E R A N O · E X · G · R  
A T · C O S · A E L I A  
Q V I N T A · M A R I  
5 T O · B · M

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 43. Inde reliqui: Baruffaldus mon. f. 13 exsectam ex Ligorio; Mur. 434, 5 ex hist. Ferr.; Scalabrinius ad n. 37 ex Merenda quodam et ex Baruffaldio; Frizzi 1, 244 ex Anonymo a. 1626.

Merenda et Anonymus Frizzi (qui videntur iidem esse) hanc aiunt lectam esse in operculo urnae quae habet inscriptionem falsam n. 144\*. Ceterum titulus corruptus magis videtur quam falsus legendumque v. 2. 3 VETERANO · EX · SRA · COS.

C